

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XLI

urn:nbn:de:bsz:31-97032

336 A D M I R A N D A

Iambolo reperta in Oceano, versus meridiem anima-
lia producit, magnitudine quidem parva, sed natura
& sanguinis virtute mirabilia. Corpore sunt rotundo,
ac testudinibus simili, duabus lineis per invicem per
medium transversis, in quarum cujuslibet extremo
sit auris & oculus, ut quatuor oculis videant, toti-
demque audiantur auribus. Vnicus venter absque intes-
tino, in qua comesta fluunt; pedes circum habent
plures quibus in utramque partem ambulant. Sanguis
mirabiliter afferitur virtute. Omne enim corpus conci-
sum dum spirat, hoc tinctum sanguine coheret. *Iohan. Boemus.* Colophonem huic capiti imponat fera
in provincia Tlascalenensi in regno Mexicano, quam
barbari *Teuchtlaco* *Gaulquin* vocant, descriptio, à Ximene
prodita. Est fera, inquit iste, atrocissima, qua-
tuor & interdum plures palmos longa, capite viperæ,
ventre candido vergente ad fuscum. dorsum ipsi pat-
rum & penè nigrum, cum radiis quibusdam fuscis, quæ
in spinam definunt. Ocyssime se movet per tuples &
præcipitias, tardius in piano. Quot annos ætatis atti-
gerit, tot sonabula posteriori parti cauda annata de-
prehenduntur, quæ instat vertebratum dorsi, sibi in-
vicem succedunt. Ita ab hoc serpente summo cum
cruciato, intra viginti & quatuor horas moriuntur.
Totum enim corpus ipsis finditur in rimas. Irritatus
sonabula illa movet, & valde tinnit. Barbari carnem
illius in cibis usurpant.

C A P U T X L I .
D E U R S O .

IN extrema Arabiae regione carnivori sunt. *Strabo l.*
16. albi in *Mygia*; qui cum à venatoribus urgenuerit,
halitum educunt; qui carnes putrefacit, & si proprius
accesserint, phlegma ore ejiciunt, quo vel suffocantur
vel obcœcantur tam canes quam homines. *Ariß. in*
mirabil. Insignis interdum magnitudinis. Quin-
que cubitorum in longitudine. Maximiliano ex Li-
thuania

Qu
Litteraria alla
prence bovi
num, et col
moxa ratione
la, formicear
more dicunt
membris indi
aliquando in P
er digitos, et
pollicioribus
dicas habitu
ta, & vespig
eo 40 diem
immobile
nam acutum
Atro herba pa
ne nisi hum
gix circa pra
carnes, allei
laminas am
petensam p
ro prosecut
descece, &
Wifam enim
nam fumer
veniente ei ac

C
D

V Vipium C
greciæ ade
ian, & quide
andianum. Re
ciam aricet
in. Aliae fam
viciacina infigni
in nocte ca

Lithuania allatum, tantæ latitudinis, ut maximo competeret bovi *Vadianus* testis est. Caput illi tam infirmum, ut colapho infraicto exanimetur. *Plin.* Aquam mortuam vorat bibendo, degustatisque mandragoræ malis, formiceti linetu sanitatem recuperat. Majorem mure dicitur parere fortum, minorem fæle, nudum, membris indiscretum *Gilius*, & rudem *Plin.* At excisus aliquando in Polonia, ad Gesnerum missus, longior erat digito, crassitudine pollicis, corpore articulato, posterioribus cruribus exceptis. *Gesnerus.* Opimo prædictus habitu, latibulum supinus dorsi ingreditur tractu, & vestigia ne venatores conspiciant oblitterat; In eo 40 dierum spacio extenuat corpus, quatuordecim immobiles, dextri pedis se sustentat linetu. Vbi intestinum attenuari, ut fere cohæreat, persensit, egressus Aro herba pascitur. *Aelian.* Nulla tunc cibi argumenta, nec nisi humoris in alvo minimum, sanguinis exiguae circa præcordia guttae. Per id tempus coctas carnes, asservatas increscere creditit *Theophrastus.* Feminas amat: Visus in Allobrogibus, qui comprehensam pueram, in latibulum detulit, & Venereo prosecutus complexu, agrestibus aluit pomis. Mitescere, Suidrigulus Princeps Lithuaniae ostendit. Vixam enim nutritivæ, qua ejus fuerat ex manibus panem sumere, excursionibus in sylvam factis redibat, patensque ei ad thalamum principis via. *Volaterr. l. 7.*

CAPUT XLII. DE VULPE.

Vulpium Caspiarum tanta est multitudine, ut & agrestia adeant stabula, ingrediantur & urbes. *Aelian.* & quidem tam cicures ut caniculorum instar blandiantur. Robusta in Sardinia: Nam ferociissimum etiam atiæ occidunt, tenerumque vitulum. *Munster.* Albæ sunt in Moscovia; sedo in Arabia pilo, audacia insigni. Mutuo vesperi ululatu excitæ præantes noctu calceamenta etiam rapiunt. *Scaliger.*

P

Amnes